

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Politische Urkunden von 1266 bis 1332

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1886

1294 - 1295

[urn:nbn:de:bsz:31-326704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326704)

193. *Bischof Peter von Basel fordert den König im Interesse des Landfriedens auf, seinen Vogt und die Bürger von Sels von Bedrückungen der Straßburger Bürger abzuhalten. 1294 October 26.*

Serenissimo domino suo domino Romanorum regi semper augusto P[etrus] dei
 5 gratia . . . episcopus Basiliensis subjectionem debitam et devotam. Rulemannus
 civis Argentinensis, conquerens dudum undecim conservatoribus pacis generalis de
 quadam enormi injuria sibi illata a civibus de Selse, obtinuit dudum a dictis unde-
 cim concorditer firmam eorundem licentiam et indultum, occupandi cives de Selse
 10 predictos pro emenda sue injurie et dampnorum, prout ex dictis et litteris dictorum
 undecim didici et percepi. dicto ergo Rulemanno ex hoc quendam civem de Selse
 occupante, advocatus de Rinberg¹ et dictus Rintfleiss vices ejus gerens et cives
 de Selse absque judicio qualicumque temeritate propterea duos cives Argentinenses
 capere presumpserunt, quos adhuc non solum in vinculis detinent, sed etiam novum
 15 thelonium vinis civium Argentinensium imposuerunt et illos non desinunt extor-
 quere. de qua injuria cives Argentinenses in mei presentia coram dictis undecim
 pacis iudicibus gravem querimoniam deposuerunt, petentes ab illis subsidium et
 juvamen in aliquo petere aut obtinere^a, propter quod institutio dicte pacis vilipen-
 ditur et penitus evanescit². ad preces igitur et instantiam magistri et civium
 Argentinensium majestati regie supplico quantum possum, quatenus prefatos advo-
 20 catos et cives vestros de Selse a premissis injuriis dignemini cohibere, cum ipsi in
 terra nostra singulares et precipui sint auctores, ne inter ipsos cives Argentinenses
 et cives de Selse horribilis discensionis et guerre flagitium ventiletur et pacis pre-
 dicte destructio, que toti terre nostre dispendium faciat, oriatur. actum et datum
 feria tertia ante festum omnium sanctorum anno domini 1294.

25 *Aus Wencker Appar. et instr. archiv. p. 180 nr. 6 = Trouillat Mon. de Bâle II, 572
 nr. 444.*

194. Bonaventura Ragusinus archiepiscopus, Petrus Stagni et Curzule, Andreas
 Liddensis, Ciprianus Bovensis, frater Paulus Melfectensis, Perronus Larinensis,
 frater Daniel Laquedoniensis, Hubertus Feretranus, Aymardus Lucerie, Franciscus
 30 Fanensis, Romanus Croensis, Azo Casertensis, Pasqualis Cassanensis, Jacobus
 Acernensis³, frater Michael Albaniensis, Fredericus Spirensis et frater Lambertus
 Veglensis episcopi cupientes, ut ecclesia sororum sancti Marci ordinis sancti Augus-
 tini sub cura et regimine fratrum predicatorum degencium extra muros Argenti-
 nenses dignis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui

35 a) *Die Ueberlieferung der Stelle scheint verderbt. Vielleicht zu ergänzen non potuerunt.*

¹ *Landvogt im Speierrgau.*

² *Der zu Speier 1291 April 8 erneuerte Landfrieden, welcher Ostern 1297 abließ. Vergl. Mon. Germ. LL. II, 456.*

³ *Nach der Siegellegende Acenensis.*

Str. II.